



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

An in Christo fuerit neceſitas patiendi & moriendi, quæ est defectus  
generalis. A

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

*Ibid. paulo  
inferius.*

sed defectum Petri, & aliorum Apostolorū. Dicit n. Christum non propter mortē, sed usq; ad mortē tristem fuisse. his verbis. Interrogo quid sit Christum tristē esse usq; ad mortem, & tristem esse propter mortem? Non n. eiusdem significationis est, tristem esse propter mortem, & usque ad mortem. Quia vbi propter mortem tristitia est, illuc mors causa tristitiae est: Vbi vero tristitia usq; ad mortē est, mors non tristitiae est causa, sed finis. A Deo autem non propter mortem suscepta est tristitia, ut sit destituta per mortem. Non ergo tristis est, sed illis qui in scandalo per infirmitatem carnis erant futuri: quos monet orare, ne inducantur in tentationē: qui ante polliciti erant se non scandalizari.

## AN IN CHRISTO FVERIT NECESSITAS.

Patiendi & moriendi, quæ est defectus generalis.

## DISTINCT. XVI.

A

*Quomodo  
verbi seu  
Christi in-  
carnatione or-  
dinatur ad  
nostram re-  
demptionē,  
quātum ad  
passionem  
doloris in  
speciali.*

Hic oritur quæstio ex prædictis ducens originē. Dictum est n. supra, quod Christus in se nos defectus suscepit, præter peccatum. Est autem hominis quidam generalis defectus, quia peccatum non est, sc. necessitas patiendi vel moriendi. Vnde corpus nostrum non tantum mortale, sed etiam mortuum dicitur. quia non tantum aptitudinem moriendi, sed etiam necessitatē habet. Ideo quæritur, vtrum necessitas talis in Christi carne fuerit? De aptitudine n. moriendi, quod in eo fuerit, ambiguum nō est: quæ etiā ante peccatum in homine fuit, quādo aliquis in eo nō fuit defectus, nec ergo mortalitas illa tunc in eo fuit defectus. quæ natura ei erat. Vnde etiam quidam talē mortalitatē in nobis non esse defectum, nō improbe tradunt, sed necessitatem moriendi vel patiendi: quæ etiā mortalitas dicitur vel passibilitas. Dicitur n. homo nunc passibilis vel mortalis, non modo propter aptitudinē, sed etiam propter necessitatē. Sed nūq; hic defectus fuit in Christi carne? Anima quoq; eius

eius cum passibili extiterit ante mortem, nunquid necessitas est patiendi habuit? Si non. necessitas patiendi vel moriendi fuit in Christo, non videtur sola voluntate miserationis defectus nostros accepisse. Ad quod dici potest, Christum voluntate non necessitate suae naturae hos defectus sicut alios suscepisse, scilicet necessitatem patiendi in anima, simul autem patiendi & moriendi in carne. Verum hanc necessitatem non habuit ex necessitate suae conditionis, quam a peccato immunis: sed ex sola voluntate accepit, de nostra infirmitate ponens tabernaculum suum in sole, scilicet sub temporali mutabilitate & labore.

Vnde super epistolam ad Hebreos. auctoritas dicit, quod sicut hominibus aliis & iure & lege naturae statutum est semel mori: ita & Christus eadem necessitate & iure naturae semel oblatus est, & non solum propter. Nec ideo dicit iure naturae, quod ex natura suae conditionis hunc defectum traxerit, qui etiam non prouenit nobis ex natura secundum quod prius est instituta, sed ex ea hominibus peccato vitiata, & ideo dicitur hic defectus naturae semel mori. Quemadmodum statutum statum est.

De statibus hominis, & quid de singulis Christus accepit. B.

Et est hic notandum, Christum de omnibus statu hominis aliquod accepisse, qui omnes venit saluare. Sunt nam quatuor status hominis: Primus, ante peccatum, Secundus, post peccatum, & ante gratiam: Terius, sub gratia: Quartus, in gloria. De primo statu acceptit immunitatem peccati. Vnde Augustinus illud Iohannem Euangelistam exponens. Qui descendit super omnem est: dicit Christum venisse descendit, id est de altitudine humanae naturae ante peccatum: quia de illa altitudine sumpsit verbum Dei humanam natum, dum non assumpsit ipsam culpam cuiusassumpsit penitentiam. Sed penitentiam assumpsit de statu secundo, & alios defectus. De tertio vero, gratia plenitudinem. De quarto, non posse peccare, & Dei perfectam contemplationem. Habuit nam simul bona viae quaedam & bona patriae, sicut & quaedam mala viae. SI

*Sup. Iohann. 3.*

*de Gloss. ordin. ad hunc locum Iohann. 3. Qui descendit.*